

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Raja. Captator.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A reliquias Mullus, atque ubi ille luto excitato abierit (fodere enim potest) Mullus descendit & pascitur. Nascitur Sargus in Aegyptio mari sere, unde Lucilius:  
*Quem praeclarus Elops, quem Aegyptio Sargus movebit.*  
 Sed enim Brundusinum maxime commendat Ennius.

---

### DE PASTINACA.

#### PARRICIDÆ SUPPLICIUM. CAP. XVI.

**E**um qui parricidii poenas dederit, significare si vellent Aegyptii, piscatorum hamum Pastinacam Plin. id. I. 9.  
c. 48 &c. 92  
Extant alia  
remedia a-  
pro Mat-  
theolum in  
Dioscori-  
post lib. 6.  
+ 5.  
Piscem attrahentem pingebant: ea siquidem venatu detenta, spina quam in cauda gestat, in ratiorem ejaculatur, iactu maxime lethali, nisi coagulo Leporis, vel Hœdi, Agni drachmæ pondere ex vino, succurratur, quod & hujusmodi, & aliorum marinorum iactibus praesertim eorum est remedio. Hoc vero *παρέσημον* dictum ea de causa opportunum fuerit, quod cujuscumque incommodi remedia, passa sunt, ut vulgus ait, palma ubique proferenda. Est vero Pastinaca, quem Græci *τευγόνα* vocant, dem lib. 6.  
**B** Eam aculeo vim messe tradit Aelianus, ut si quis eo frondentem arborem pupugerit, haut ita multo post folia omnia decidant, arborque velut magnis solis ardoribus exsiccata prorsus exarescat.

---

### DE NEBRIADE.

#### VORACITAS INSATIABILIS. CAP. XVII.

**H**ominem cibum immodice sumptum evomenteret, ac nihil secius insatiabiliter mox crapulans significatur, marinam Mustelam pingebant, qua Nebrias est nonnullis: ea enim ore, ut Aegyptius interpres Horus ait, parit, innatansque mox qua pepererat convenatur, atque depascitur. Sepias itidem ac lolligines ore parere sunt qui velint, id redarguit Aristoteles, partus foveri ore dicens, & emitti, propterea que putari eas ore parere.

---

### DE FUCA.

#### VORACITAS INSATIABILIS. CAP. XVIII.

**D**omesticæ rei studiosum hominem qui significantur, Fucam pisciculum, his similem quas vulgo Tincas appellamus, sed colore subviridi, pingebant: ea enim sola ex marinis piscibus nido fibi construit, & in stragula parit.

---

### DERAIA.

#### CAPTATOR. CAP. XIX.

**C**aptatorem hominem notare si vellent, Rajam pingebant: gestat enim illa ante oculos suos gemina fila, in capilli speciem, extrema quorum rotundis quibusdam præpilantur quasi efca cavia additis his ea, ubi locis arenosis aut feculentis obturbato solo se absconderit, piscatur, attollens fila illa sibi præpendentia. Dum enim pisciculi occurront, & capita machinamenti pensilis pulsant, ipsa tensim fila subducens eos allicit, donec ad os admoveat, atque ita repente corripiat. Sepia quoque hoc eodem utitur machinamento, in Cancris alliciendis, quorum avidissima est.

---

### DES COLOPENDRA.

#### ANIMUS A VITIIS DEPURGATUS. CAP. XX.

**H**ominem qui animum suum à vitiis affectibusve cruciabilibus depurget, quæque se lèdant, Terrefres  
eximat & expellat, significare si vellent, Scolopendram effigiebat: eam nonnulli Centipedam  
guidem; at  
vocant, iō marina,